



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 2. Regina Neopolis adoptat Andegaviæ Ducem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XIV.
A. C. 1380.

§. II.

Regina Neapolis adoptat Andegavia
Ducem.

*Hist. def.
Juven. des
Urs. p. 542.
Vitæ PP.
p. 501.*

Contra Carolum de Pace se defensura Regina Neapolis Ludovicum Andegaviæ Ducem Gallorum Regis fratrem adoptavit filium; carebat enim liberis, etsi quarto jam marito juncta. Hæc adoptio per patentis litteras in proximo Neapoli castello, quod vocabant Ovum, 29 Junii anno 1380 scriptas facta consensu & autoritate Clementis dicitur, ita, ut Reginae Joannæ, postquam decessisset, in regno Neapolitano, comitatu Provinciae, ac terris ipsius omnibus Ludovicus, & hujus posteris succederent. Ratam Clemens habuit hanc donationem: ac Regina urgebat Ducem Andegaviæ, ut protinus, & ante adventum Caroli de Pace ipsi suppetias iret. Sed Franciæ Regis mors duobus post mensibus obita hujus moliminis persequendi studium retardavit.

§. III.

*Carolo V Gallorum Regi succedit
Carolus VI.*

Rex Carolus V cognomento Sapiens
16. Septembris anno 1380, ætatis
suæ